

1. Efficacia auxilij diuinæ gratiæ ad actus supernaturales mouentis, non consistit in sola motione se tenente ex parte proponentis obiectum, per modum suadenis, quæ ab aliquibus dicitur motus moralis; sed primò in motione intrinseca et reali, se tenente ex parte pot^o per modum agentis seu perficientis, quæ item ab aliquibus appellatur motus physica, seu ad modum cause physical. Et hæc efficacia nullam ex parte hominis expectat, aut supponit congruitatem, sed dicitur ad omni^o circumstanti^o causas.
2. Efficacia hæc pendet ab æterno, et absoluto dei uoluntatis decreto, prædeterminantis in particulari ante præuisionem boni uisus liberi arbitrij futuri; actus illos, quibus homo ad seum conuertitur, iustificatur, et ad uitam æternam peruenit.
3. Æternum hoc, atque absolutum sui uoluntatis decretum, seu executioni mandat in temporal, dum per dictum auxilij efficaciam realem influxum in uoluntate receptæ; ipsam uoluntatem, tanquam prima causa determinat iuxta modum sue nature, ut uidelicet libere et infallibiliter tamen se ipsam, tanquam causa 2.^{da} et proxima, determinet ad operandum, et operetur.
4. Hoc itaque modo determinata uoluntas non manet omnino indifferens quæ ad actum, licet plenissime quæ ad potentiam.
5. Vnde dante prædicta efficaci dei motione, implicat in sensu composito, quod uoluntas dissentiat, licet semper possit, si uelit dissentire.

Sas proposit^o 1

